



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 10. Joannes Soanen Sanitiensis Episcopus Embrodunum delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII.
A. C. 1727.

§. X.

Joannes de Soanen Sanitiensis Episcopus Embrodunum delatus.

Accepto hoc Regis mandato haud ultra deliberationi locus erat; mox igitur Episcopus die secunda Augusti iter aggressus, & die undecima ejusdem Mensis ad oppidum Urbi vicinum delatus, ibidem substitit; postmodum interjecta brevi temporis mora Tabularium adesse jussit, quo præsentem Scriptotenus declarabat, se Synodum, & hosce Episcopos tanquam suæ personæ vel suæ causæ, vel scriptorum Judices adeo non revereri, ut potius solemnem oppositionem eos recusaret. Has literas suo chirographo & sigillo firmatas Tabularius Embrodunenti Archiepiscopo tradere jussus est, ipse vero Præsul nequidem expectato Patrum responso discessit, & paucis post horis equo vectus, ac viginti equitibus stipatus Urbem ingressus est; robustiores enim ex suis rusticis, quos in suæ pertinaciæ societatem traxerat, secum conduxit, eoquod, uti jactitabant, summo sibi honori ducerent, quod oculati victoriæ ac triumphus testes & socii esse possent.

§. XI.